



Reddetur, floreat
Sopra b. m. m.

perit
f. l. o. i.
f. l. o. i.

M. m. m.
f. l. o. i.
f. l. o. i.

terat
E. m. s.
E. m. s.
S. e. m. s.
A. m. s.

LI

manitatis: uel benignitatis officium saperet. Spero hunc principem nostro maxime aliquo uoluptati fore; & fortassis etiam ului. Cum haec ad te scripsi; era hinc continuo abiturus; quippe qui audire pontificem Pium ex urbe Roma iam decessisse pertereque perusiam. Tu me interim amas ut soles. Vale Ex foro sempronio. vii. idus Ianuarias. M. cccc. Lix.

Franciscus Philelphus Gaspari mercatorum
Valentiae comitis sal.

I Gasparem mercatum meum de omni meo in urbem romanam itinere minus facere certior: quam alium sim facturum; haud satis intelligo. Itaque rem omnem paucis accipe. Posteaquam ad quartum decimum Kalendas Ianuarias e Mediolano decessissem ueni postridie Mantuae; quae quidem urbs; me plurimum delectauit cum sua magnificentia & Maronis nostri memoria; tum etiam cumulatius praesentia & humanitate praestantissimi principis Lodouici; qui me uidit plibenter exceptoque laetissime. Et quoniam natalis christianus propediem aduentabat; uoluit ne ante inde discederem; quam esset a me natalis ipse apud se celebratus. Quo quidem facto postridie eius diei Reuerum ueni ubi uidi pulcherrimas aedes illas; quas in geti animo princeps eo in oppido nuper aedificauit; non trito & usitato quodam uulgarique artificio; sed ad imaginem potius atque dignitate laudatissime illius & prebeat antiquitatis. Unde cum Ferrariam postero die concessissem; ducem Borsum offendi principem sane dignum; quem nulla neque natio; nec posteritas contemscat. Est enim omni uirtute praeditus; imprimisque magnitudine animi ac munificetia; quae ipsae duae claris principibus peculiare semper esse debent. Et quod mihi fuit iucundissimum auditu; diuinum principem nostrum non minore laude; quam beniuolentia persequi studebat. Ab hoc ego egregie donatus pridie Kalendas Ianuarias uersus Bononiam profectus perpetuo itinere intra quadriduum Caesenam ueni; ubi ab humanissimo regulo malatesta nouello non regie minus quam philosophice sum acceptus. Eodemque modo post biduum a Sigismundo padulpho huius fratris; cuius ego fortuna non potui non misere dolere; quippe quem uideam breui periturum; nisi a clementissimo nostro principe; a quo quidem uno is ultimam salutem spe-